



Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

In Oliverivm Cromoellvm, execrandæ memoriæ tyrannum. Vt, dùm per tempus licet, occupatam deponat dominationem: alioqui fore, vt ipsum serò pœniteat, cùm proditoris patriæ more (sicuti posted accidit) ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

Quin & viarum deuia spreuerit
 Alatus ardor, spreuerit impios
 Getas, & æternum Getarum
 Frigus, Hyperboreasquè brumas.
 Qualis trisulcæ cuspidis arbitra
 Per densa nimborum, & nebulæ globum
 Laceſſit audax inquieti
 Thrëicias Aquilonis iras;
 Sic insequentem, dum premitur, premit,
 Fugat fugantem, nec proprijs cadit
 Fœcunda damnis, & sub ipsâ
 Morte viget rediuua virtus.
I, STRADA, felix : cernis ut impigram
 Velox in altum penna vocet ratem
 Cœlestis Austri ? pande vela,
 Et roseas cita puppis vndas
 Findat, citatis ocyor Africîs:
 Optata donèc litora palmulis
 Legisse, victriceinquè detur
 Fronde suâ decorare pinum.
 Te nos amoris, dum licet, igneis
 Sequemur alis. Ibimus, ibimus,
 Utçunquè præcedes, supremum
 Carpere iter comites parati.

IN OLIVERIVM CROMOELLVM,
execrandæ memorie tyrannum.

Vt, dàm per tempus licet, occupatam deponat dominationem: alioqui fore, ut ipsum serò poeniteat, cum proditoris patriæ more (sicuti postea accidit) malumctabitur.

O D E XI.

O Infamis apex, & Phalaris criminibus nocens!
 Detestata tuo cùm fodiet marra cadaueri
 Sub furcâ tumulum; stansquè iecur diffiderit sudes;

Nunc

Nunc & qui tumor est Tarquinijs fastibus auctior,
Depressus Cromoëllum int'aniem fuderit horridam :
Eheu, sœpè gemes (regia tum fabula manum)
Qui sensus misero est, cur similis non erat integro ?
Vel cur imperium prædo tuli cum Domini nece ?

AD S. MARIAM MAIOR EM.

Initiandus sacris iam quinquagenarius, facturusque pri-
mum ad Aram ipsius in monte Exquilino, multam sa-
lutem Parnasso dicit, & Stilum suum dedicat B. Vir-
gini.

ODE XII.

V Ita nimbosas imitata puppes
Nostra, securum tenet eccē portum ,
Mille post cautes maris, & laborum
Tædia mille .
Sera, sed fulsit mihi stella tandem
Alba ridenti Cynosura vultu ,
Quinquiès cuius riguere denis
Tempora brumis .
Ac velūt nautis Pharos, Exquiliæ
Siç micant arces procùl adnatanti :
O niuis clarum iubar ! ô serenæ
Signa MARIAE !
Scando iam supplex, nouis & sacerdos
Templa Spartano decorata faxo ,
Thuris, & doni reus : Ara vtroque
Crescit honore .
Carmen, & filo resonante plectrum
Parciùs tento, metuens iocari :
Phœbus, & Phœbi chorus, & bicornis
Ascra faceffat .
Colle sacrato mea fessus arma
Miles appendo . Feret iste postis ,
Virgini lœvus, memoranda notæ
Pignora dextræ .

K

Sume